

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Patria k
cum fonte primo

Patriam meam transire non possum;
omnium una est. Extra hanc nemo proici
potest.

Non patria michi interdicitur sed locus.
In quamcumque terram uenio, in meam
uenio. Nulla terra exilium est sed altera
patria est.

Patria est ubicumque bene
est; illud autem per quod bene est
in homine, non in loco est.

Si enim sapiens est, peregrinatur, si
stultus, exulat.

Seneca de remediis fortuitorum.

„Exulabis.“ Erras: cum omnia fecerim,
patriam meam transire non possum;
omnium una est. extra hanc nemo proici
potest.

„Exulabis.“

Non patria mihi interdicitur sed locus.
In quamcumque terram venio, in meam
uenio. nulla terra exilium est, sed altera
patria est.

„Non eris in patria.“

Patria est, ubicumque bene
es. illud autem, per quod bene est,
in homine, non in loco est.

in ipsius, inquam, potestate est, quid sit
illa fortuna;

si enim sapiens est, peregrinatur, si
stultus, exulat.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum*
liber, 8, 1-2 (F. Haase ed., p.450).